ÉPOCA III. LÚNES, 10 NOVIEMBRE DE 1910. NÚM 335

# BOLETIN OFICIAL
## DEL
# OBISPADO DE MENORCA

**Sumario.**—Decreto de la S. C. de Sacramentos acerca de la edad que se requiere para la primera Comunión, pág. 193.—Decreto de la S. C. de Ritos acerca la bendición dada con el Santísimo Sacramento, pág. 201.—Advertencia, pág. 201.—Nombramientos, pág 202.—Crónica diocesana, pág. 202.—Suscripción para la restauración del Santuario de Nuestra Señora de Monte-Toro, pág. 205.—Bibliografía, pág 207.—Necrologia, pág. 208.

## S. CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

### DECRETUM

DE AETATE ADMITENDORUM AD PRIMAN COMMUNIOMEM EUCHARISTICAM.

Quam singulari Christus amore parvulos in terris fuerit prosequutus, Evangelii paginae plane testatur. Cum ipsis enim versari in deliciis habuit; ipsis manus imponere consuevit; ipsos complecti, ipsis benedicere. Idem indigne tullit repelli eos a discipulis, quos gravibus his dictis reprehendit: *Sinite parvulos venire ad me, et ne prohibueritis eos; talinm est enim regnum Dei* (1). Quanti vero eo-

rundem innocentiam animique candorem faceret, satis ostendit quum advocato parvulo, discipulis ait: *Amen dico vobis, nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est maior in regno cœlorum.—Et qui susceperit unam parvulum talem in nomine meo me suscipit* (2).

Haec memorans catholica Ecclesia, vel a sui primordiis, admovere Christo parvulos curavit per eucharisticam Communionem, quam iisdem subministrare solita est etiam lactentibus. Id, ut in omnibus fere antiquis libris ritualibus ad usque saeculum XIII praescriptum est, in baptizando fiebat, eaque consuetudo alicubi diutius obtinuit; apud Grecos et Orientales adhuc perseverat. Ad summovendum autem periculum, ne lactentes praesertim panem consecratum eiicerent, ab initio mos invaluit Eucharistiam iisdem sub vini tantúm specie ministrandi.

Neque in baptismate solum, sed subinde saepius divino epulo reficiebantur infantes. Nam et eclesiarum quarundam consuetudo fuit Eucharistam praebendi pueru'is continuo post clerum, et alibi post adultcrum Communionem residua fragmenta iisdem tradendi.

Mos hic deinde in Ecclesia latina obsolevit, nec sacrae mensae participes fieri coeperunt infantes, nisi illucescentis rationis usum aliquem haberent et Augusti Sacramenti notitiam quandam. Quae nova disciplina, ab aliquot Synodis particularibus iam recepta, solemni sanctione firmata est oecumenici Concilii Lateranensis IV, anno MCCXV, promulgato celebri canone XXI, quo fidelibus, posstquam aetatem rationis attigerint, sacramentalis Confessio praescribitur et Sacra Communio, hisce verbis «Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno proprio sacerdoti, et iniunctam sibi poenitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiae sacramentum, nisi forte de consilio proprii sacerdotis ob

(1) MARC., x, 13, 14, 16.

(2) MATTH, XVIII, 3, 4, 5.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

» aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius percep»tione duxerit abstinendum».

Concilium Tridentinum (1), nullo pacto reprobans antiquam disciplinam ministrandae parvulis Eucharistiae ante usum rationis, Lateranense decretum confirmavit et anathema dixit in eos qui contra sentirent: «Si quis nega»verit omnes et singulos Christi fideles utriusque sexus, »quum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis »annis saltem in Paschate, ad communicandum, iuxta »praeceptum S. Matris Ecclesiae, anathema sit» (2).

Igitur vi allati et adhuc vigentis decreti Lateranensis, Christi fideles, ubi primum ad annos discretionis pervenerint, obligatione tenentur accedendi, saltem semel in anno, ad Poenitentiae et Eucharistie sacramenta.

Verum in hac rationis, seu discretionis aetate statuenda haud pauci errores plorandique abusus decursus temporis inducti sunt. Fuerunt enim qui aliam sacramento Poenitentiae, aliam Eucharistiae suscipiendae discretionis aetatem assignandam esse censerent. Ad Poenitentiam quidem eam esse aetatem discretionis indicarunt, in qua rectum ab inhonesto discerni posset, adeoque peccari; ad Eucharistiam vero seriorem requiri aetatem, in qua rerum fidei notitia plenior animique praeparatio posset afferri maturior. Atque ita, pro variis locoram usibus hominumve opinionibus, ad primam Eucharistiae receptionem hinc decem annorum aetas vel duodecim, hinc quatuordecim vel maior etiam est constituta, prohibitis interim ab eucharistica Communione pueris vel adolescentibus praescripta aetate minoribus.

Istiusmodi consuetudo, qua per speciem tutandi decoris augusti Sacramenti arcentur ab ipso fideles, complurium exstitit causa malorum. Fiebat enim ut puerilis aetatis innocentia a Christi complexu divulsa, nullo interioris vitae succo aleretur, ex quo illud etiam consequebatur, ut praevalido destituta praesidio iuventus, tot insidiis circumventa, amisso candore, ante in vitia rueret, quam sancta mysteria delibasset. Etiamsi vero primae Commu-

(1) Sess. X, *de Communione*, c. 4.

(2) Sess. *de Eucharistia*, XIII c. 8, can. 9.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nioni diligentior institutio et accurata sacramentalis Confessio praemittatur, quod quidem non ubique fit, dolenda tamen semper est primae innocentiae iactura, quae, sumpta tenerioribus annis Eucharistia, poterat fortasse vitari.

Nec minus est reprobandus mos pluribus vigens in locis, quo sacramentalis Confessio inhibetur pueris nondum ad eucharisticam mensam admissis, aut iisdem absolutio non impertitur. Quo fit ut ipsi peccatorum fortasse gravium laqueis irretiti magno cum periculo diu iaceant.

Quod vero maximum est, quibusdam in locis pueri nondum ad primam Communionem admissi, ne instante quidem mortis discrimine, Sacro muniri Viatico permittuntur, atque ita, defuncti et more infantium illati tumulo, Ecclesiae suffragiis non iuvantur.

Eiusmodi damna inferunt qui extraordinariis praeparationibus primae Communioni praemittendis plus aequo insistunt, forte minus animadvertentes, id genus cautelae a Iansenianis erroribus esse profectum, qui Sanctisimam Eucharistiam praemiam esse contendunt, non humanae fragilitatis medelam. Contra tamen profecto sensit Tridentina Synodus quum docuit, eam esse «antidotum quo liberemur a culpis quotidianis et a peccatis mortalibus praeservemur» (1); quae doctrina nuper á Sacra Congregatione Concilii pressius inculcata est decreto die XXVI mensis Decembris an. MDCCCV lato, quo ad Communionem quotidianam aditus universis, tum provectioris tum tenerioris aetatis patuit, duabus tantummodo impositis conditionibus, statu gratiae et recto voluntatis proposito.

Nec sane iusta causa esse videtur quamobrem, quum antiquitus sacrarum specierum residua parvulis etiam lactentibus distribuerentur, extraordinaria nunc praeparatio a puerulis exigatur qui in primi candoris et innocentiae felicissima condiditione versantur, mysticoque illo cibo, propter tot huius temporis insidias et pericula indigent maxime.

Quos reprehendimus abusus ex eo sunt repetendi, quod nec scite nec recte definiverint, quaenam sit aetas discre-

---

(1) Sess. XIII, *de Eucharistia*, c. 2.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tionis, qui aliam Poenitentiae, aliam Eucharistiae assignarunt. Unam tamen eamdemque aetatem ad utrumque Sacramentum requirit Lateranense Concilium, quum coniunctum Confessionis et Communionis onus imponit. Igitur, quemadmodum ad Confessionem aetas discretionis ea censetur, in qua honestum ab inhonesto distingui potest, nempe qua ad usum aliquem rationis pervenitur; sic ad Communionem ea esse dicenda est, qua eucharisticus panis queat a communi dignosci; quae rursus eadem est aetas in qua puer usum rationis est assequutus.

Nec rem aliter acceperunt praecipui Concilii Lateranensis interpretes et aequales illorum temporum. Ex historia enim Ecclesiae constat, synodos plures et episcopalia decreta, iam inde à saeculo XII, paulo post Lateranense Concilium, pueros annorum septem ad primam Communionem admisisse. Extat praeterea summae auctoritatis testimonium, Doctor Aquinas, cuius haec legimus: «Quando »iam pueri *incipiunt aliqualem* usus rationis habere, ut »possint devotionem concipere huius Sacramenti (Eucha»ristiae), tunc potest eis hoc Sacramentum conferri». (1) Quod sic explanat Ledesma: «Dico ex omnium concensu, »quod omnibus habentibus usum raitionis danda est Eu»Eucharistia, quantumcumque cito habeant illum usum »rationis; esto quod adhuc confuse cognoscat ille puer »quid faciat» (2). Eumdem locum his verbis explicat Vazquez: «Si puer semel ad hunc usum rationis pervenerit, »statim ipso iuro divino ita obligatur, ut Ecclesia non pos»sit omnino liberare» (3). Eadem docuit S. Antoninus, scribens: «Sed cum est doli capax (puer), cum scilicet po»test peccare mortaliter, tum obligatur ad praeceptum de »Confessione, et per consequens de Communione» (4).

Tridentinum quoque Concilium ad hanc impellit conclusionem. Dum enim memorat Sess. XXI, c. 4. «parvu»los usu rationis carentes nulla obligari necessitate ad »sacramentalem Eucharistiae communionem», unam

(1) *Summ. Theol.*, 3 part. q. 80, a. 9 dub 6.
(2) In S. Thom., 3 p., q. 80, a 9 dub. 6.
(3) In 3. P., S. Thom., disp. 214 c. 4. n. 43.
(4) P. III, tit. 14, c. 2, pár 5.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hanc rei rationem asignat, quod peccare non possint: «Si»quidem, inquit, adeptam filiorum Dei gratiam in illa ae»tate amittere, non possunt». Ex quo patet hanc esse Concilii mentem, tunc pueros Communionis necessitate atque obligatione teneri quum gratiam peccando possunt amittere. His consonant Concilii Romani verba, sub Benedicto XIII celebrati ac docentis obligationem Eucharistiae sumandae incipere «potsquam pueruli ac puellae ad an»num discretionis pervenerint, ad illam videlicet aetatem »in qua sunt apti ad discernendum hunc sacramentalem »cibum, qui alius non est quam verum Iesu Christi cor»pus, a pane communi et profano, et sciunt accedere cum debita pietate ac religione» (1) Catechismus Romanus autem, «qua aetate, inquit, pueris sacra mysteria danda sint, »nemo melius constituere potest quam pater et sacerdos, »cui illi confiteantur peccata. Ad illos enim pertinet ex»plorare, et a pueris percunctari, an huius admirabilis »Sacramenti cognitionem aliquam acceperint et gustum »habeant» (2).

Ex quibus omnibus colligitur aetatem discretionis ad Communionem eam esse, in qua puer panem eucharisticum a pane communi et corporali distinguere sciat ut altare possii devote accedere. Itaque non perfecta rerum Fidei cognitio requiritur, quum aliqua dumtaxat elementa sint satis, hoc est *aliqua cognitio;* neque plenus rationis usus, quum sufficiat usus quidam incipiens, hoc est *aliqualis usus rationis.* Quapropter Communionem ulterios differre, ad eamque recipiendam maturiorem aetatem constituere, improbandum omnino est, idque Apostolica Sedes damnavit pluries. Sic fel. rec, Pius Papa IX litteris Cardinalis Antonelli ad episcopos Galliae datis die XII Martii anno MDCCCLXVI invalescentem in quibusdam dioecesibus morem protrahendae primae Communionis ad maturiores eosque praefixos annos acriter improbavit Sacra vero Congregatio Concilii die XV mensis Martii an. MDCCCLI Concilii Provincialis Rotuomagensis caput emen-

---

(1) *Iztruzione per quei che debbono la prima volta ammettersi alla S. Comunione.* Appénd. XXX, P. II.

(2) P. II, *De Sacr. Euchar.*, n. 63.

davit, quo pueri vetabantur infra duodecimum aetatis annum ad Communionem accedere. Nec absimili ratione se gessit haec S. Congregatio de disciplina Sacramentorum in causa Argentinensi die XXV mensis Martii anno MDCCCCX; in qua cum ageretur, admittine possent ad sacram Communionem pueri vel duodecim vel quatordecim annorum, rescripsit. «Pueros et puellas, cum ad annos »discretionis seu ad usum rationis pervenerint, ad sacram »mensam admittendos esse».

Hisce omnibus mature perpensis, Sacer hic Ordo de disciplina Sacramentorum, in generali Congregotione habita die XV mensis Iulii a MDCCCCX ut memorati abusus prorsus amoveantur et pueri vel a teneris annis Iesu Christo adhaereant, Eius vitam vivant, ac tutelam inveniant contra corruptelae pericula, sequentem normam de prima puerorum Communione, ubique servandam statuere opportunum censuit.

I. Aetas discretionis tum ad Confessionem tum ad S. Communionem ea est, in qua puer incipit rationari, hoc est circa septimum annum, sive supra, sive etiam infra. Ex hoc tempore incipit obligatio satisfaciendi utrique praecepto Confessionis et Communionis.

II. Ad primam Confessionem et ad primam Communionem necessaria non est plena et perfecta doctrinae chistianae cognitio. Puer tamen postea debet integrum catechismum pro modo suae intelligentiae gradatim addiscere.

III. Cognitio religionis quae in puero requiritur, ut ipse ad primam Communionem convenienter se praeparet, ea est, qua ipse fidei mysteria necessaria necessitate medii pro suo captu percipiat atque eucharisticum panem a communi et corporali distinguat ut ea devotione quam ipsius fert aetas ad SS. Eucharistiam accedad.

IV. Obligatio praecepti Confessionis et Communionis, quae puerum gravat, in eos praecipue recidit qui ipsius curam habere debent, hoc est in parentes, in confessarium, in institutores et in parochum. Ad patrem vero, aut ad illos qui vices eius gerunt, et ad confessarium, secundum Catechismum Romanum, pertinet admittere puerum ad primam Communionem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

V. Semel aut pluries in anno curent parochi indicere atque habere Communionem generalem puerorum, ad eamque, non modo novensiles admittere, sed etiam alios, qui parentum confessariive consensu ut supra dictum est, iam primitus de altari sancta libarunt. Pro utrisque dies aliquot instructiones et praeparationis praemittantur.

VI. Puerorum curam habentibus omni studio curandum est ut post primam Communionen iidem pueri ad sacram mensam saepius accedant, et, si fieri possit, etiam quotidie, prout Christus Iesus et mater Ecclesia desiderant, utque id agant ea animi devotione quam talis fert aetas. Meminerint praeterea quibus ea cura est gravissimum quo tenentur officium providendi ut publicis catechesis praeceptionibus pueri ipsi interesse pergant, sin minus, eorundem religiosae institutioni alio modo suppleant.

VII. Consuetudo non admittendi ad confessionem pueros, aut numquam eos absolvendi, quum ad usum rationis pervenerint, est omnino improbanda. Quare Ordinarii locorum, adhibitis etiam remediis iuris, curabunt ut penitus de medio tollatur.

VIII. Detestabilis omnino est abusus non ministrandi Viaticum et Extremam Unctionem pueris post usum rationis eosque sepeliendi ritu parvulorum. In eos, qui ab huiusmondi more non recedant, Ordinarii locorum severe animadvertant.

Haec a PP. Cardinalibus Sacrae huius Congregationis sancita SSmus. D. N. Pius Papa X, in audientia diei VII currentis mensis omnia adprobavit, iussitque praesens edi ac promulgari decretum. Singulis autem Ordinariis mandavit ut idem decretum, non modo parochis et clero significarent, sed etiam populo, cui voluit legi quotannis tempore praecepti paschalis, vernacula lingua. Ipsi autem Ordinarii debebunt, unoquoque exacto quinquennio, una cum ceteris dioeceis negotiis, etiam de huius observantia decreti ad S. Sedem referre.

Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae ex Aedibus eiusdem S. Congregationis, die VII mensis Augusti anno MDCCCCX

D. CARD. FERRATA *Praefectus*.—PH. GIUSTINI, *a secretis*.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# SAGRADA CONGREGACION DE RITOS

Entre otras consultas recientemente elevadas à dicha Sagrada Congregación, figura la siguiente:

«Ex Decreto S. R. C. n.° 1.784 *Famen.*, 19 Julii 1.687, benedictio cum SSmo Sacramento impertiri debet super altare in ecclesia et non in ianua post processionem. Attamen cum Decreto n.° 3.225 *Utinen.*, 20 Augusti 1870, Sacra Rituum Congregatio rescripsit, praefatam consuetudinem (impertendi benedictionem in iauna) esse tolerandam. Porro quamvis temporum et locorum circunstantiæ de quibus in Decreto n.° 3.225, adamussim non verificantur, tamen eadem consuetudo pluribus in locis et parochiis viget, ea praesertim de causa, qua permulti Christifideles, etiam milites, SSmum. Eucharistiæ Sacramentum comitantes, ecclesiam, peracta processione, ingredi nequeunt propter angustiam ipsius ecclesiae et sic discedunt, et benedictionem, nisi in ianua ipsis impertiatur, non recipernt. Quaeritur: An in casu consuetudo retineri possit?

Et Sacra eadem Congregatio, requisito Commissionis Liturgicæ suffragio, omnibusque accurate discussis et perpensis, ita respondendum censuit:

Attentis expositis, consuetudinem servari posse.

Atque ita rescripsit, die 30 Julii 1910.—Fr. S. Card. Martinelli, Praefectus.—Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., Secretarius.

# ADVERTENCIA

Nuestro Rvdmo. Prelado ha mandado hacer constar en este Boletín, que el papel que semanalmente se publica en Alayor con pie de imprenta de Ciudadela, con nombre de «Cruz y Espada», no ha obtenido autorización eclesiástica para ostentar el título de católico que ostenta.

Ciudadela, 5 de Noviembre de 1910.

Lic. Sebastian Vives, *Arcediano Srio.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## NOMBRAMIENTOS

Con fecha 29 de Octubre S. Excia. Ilma. tuvo á bien hacer los siguientes nombramientos:

De Coadjutor de la parroquia de Ntra. Sra. del Rosario de Villacarlos á favor del Rdo. D. Miguel Perez Bocco, que lo era de la parroquia de San Clemente; y de Notario Eclesiástico de dicho pueblo de Villacarlos á favor del Rdo. D. Lorenzo Villalonga Sintes.

## CRÓNICA DE LA DIÓCESIS

Prosiguiendo el Excmo. Prelado de esta Diócesis la Santa Pastoral Visita, el dia 14 de Octubre pasó S. E. Ilma. al pueblo de Alayor, en donde fué recibido con grandes demostraciones de profundo respeto y filial afecto. Se anticiparon á saludar al Prelado en la entrada del referido pueblo el Rvdo. Párroco y todo el Clero, el Sr. Alcalde Accidental, una Comisión del Ayuntamiento, el Sr. Juez Municipal, Sr. Profesor público, Comisiones del «Centro de Buenas Lecturas», Conferencias de San Vicente y varias otras distinguidas personalidades. Mientras se dirigía el Sr. Obispo á la iglesia parroquial y á la salida, apenas era posible dar un paso por efecto la gran multitud de fieles, que afluyeron ávidos de besar el anillo á su amado Pastor.

En la mañana del dia siguiente, dia 15 del mismo mes, S. E. I. confirmó á 193 niños, siendo Padrino el Sr. D. Lorenzo Villalonga y Pons, Alcalde accidental del mismo pueblo; en la tarde del mismo dia, confirmó á 192 niñas siendo Madrina D.ª Mariana de Febrer y Pons, viuda de D. Juan Villalonga y Pons; en la mañana del dia 16, confirmó á 36 niños y á 54 niñas y fueron Padrinos Don Basilio Villalonga y Pons, Juez Municipal y su señora esposa D.ª Juana Petrus y Villalonga; en la mañana del dia 17, confirmó á 13 niños y 10 niñas, siendo Padrinos el Muy I. Sr. D. Juan D. de Salort y de Salort, hacendado, y doña

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

María Serra y Orfila, esposa de D. José Pons Piris, propietario; y en segunda Confirmación de la misma mañana, administró el mismo Sacramento á una niña, siendo Madrina D.ª Ana Pons Sans, soltera. Total niños de ámbos sexos confirmados en Alayor, en los tres indicados días: 499.

Invitado atentamente S. E. Ilma. para presidir la Junta general que celebró la Conferencia de caballeros de San Vicente de Paul, establecida en Alayor, correspondió gustosamente el Sr. Obispo á la invitación, presidiendo dicho acto que fué muy concurrido. y en el que dirigió adecuada plática a la selecta concurrencia.

Visitó además las tres secciones de la Escuela graduada y la de los Hermanos de la Doctrina Cristiana, siendo saludado en todas con alusivas poesías y discursitos de los niños, dirigiendo en todas ellas saludables exhortaciones á los alumnos. Fué objeto asimismo de la visita del Sr. Obispo el hermoso y nuevo hospital, con su escuela de niñas y su bellísima pequeña iglesia, recibiendo iguales bienvenidas de parte de las alumnas, igualmente exhortadas por S. E. Ilma. Visitó tambien el «Centro de Buenas Lecturas», el Cementerio, la iglesia de San Diego y el Santuario de Binichems en las afueras, dando en todas partes instrucciones muy acertadas y oportunas.

Se enteró S. E. Ilma. minuciosamente de cuanto pudiera interesar al bien de aquellos sus amados diocesanos y dependiera más ó menos de la acción y ministerio episcopal, para poner en cuanto esté de su parte toda su actividad y celo por el logro de lo que redunde en beneficio de sus amados hijos alayorenses. Éstos, por su parte, correspondieron á las bondades de su celoso Pastor ofreciéndole sus respetos todas las asociaciones y muchas personas particulares de toda posición, pasando á visitar personalmente al Prelado y dispensándole otros obsequios. Habiéndole tributado las Autoridades, clero y pueblo cariñosa despedida, á la que S. E. correspondió con su característica amabilidad, regresó el dia 18 á esta ciudad, sumamente satisfecho y complacido de sus diocesanos de Alayor.

—

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Destinado el Rvdo. P. Guillermo José M.ª Viñas, Director que era de la Casa y Colegio Salesiano de esta ciudad, al mismo cargo de Director de las Escuelas Salesianas de Valencia, ha venido á sustituirle en esta ciudad el Rvdo. P. Pedro Olivazzo. Deja Don Viñas muy buenos recuerdos en esta diocesis de fecunda labor y de grande utilidad, que han hecho generalmente muy sentido su traslado. Continuador de la importantísima obra Salesiana en esta diócesis Don Olivazzo, presentado personalmente por el M. Rdo. Sr. Inspector D. José Manfredini y muy cariñosamente recibido, es de esperar emulará el celo y demás excelentes cualidades de su digno predecesor el popular Don Viñas.

—

Con ocasión de hallarse en Mahón el distinguido orador sagrado Fr. José de San Juan de la Cruz, Religioso Carmelita, á cuyo cargo han estado este año los sermones de los triduos celebrados en dicha ciudad, con grande esplendor y solemnidad, en honor de nuestra Señora del Pilar y de Santa Teresa de Jesús, los católicos mahoneses celebraron un acto público muy hermoso y edificante. Con el propósito de descubrir una lápida de mármol blanco, colocada en la histórica ermita de San Juan Bautista, en conmemoración de la solemne vigilia que en ella tuvo la Adoración Nocturna al Santísimo Sacramento en la noche del 22 al 23 de Junio del año 1907, se congregaron en el *Plà d' els Vergers*, en donde está situada dicha ermita, unas seiscientas personas. Descubierta la lápida, el Padre Carmelita dirigió, fuera de la ermita un entusiasta y elocuentísimo discurso á la numerosa concurrencia. El orador conmovió de tal manera á su auditorio, que éste, al terminar aquél su arrebatadora oración, prorrumpió en vitores á nuestro Señor Sacramentado, á la Virgen Santísima, al Papa y á Mahón católico.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

*Relación de los donativos y limosnas que los Rdos. Párrocos van recaudando en sus respectivas parroquias para las proyectadas obras de restauración y ornato del Santuario de Ntra. Sra. de Monte-Toro, y de lo recaudado en esta Secretaría de Cámara, á tenor de las listas detalladas que se reciben y guardan en la misma Secretaría, en cumplimiento de lo dispuesto por el Excmo. señor Obispo en su Exhortación de 29 de Abril del corriente año.*

| | Ptas. Cénts. |
|---|---|
| **Mes de Mayo** | |
| Parroquia de Alayor | 47'80 |
| Id. de Ferrerías | 3'90 |
| Id. de San Luis | 5'30 |
| **Mes de Junio** | |
| Donativo de una devota persona, que ha sido entregado á esta Secretaría de Cámara por D. Miguel Mayans, Pbro. | 500'00 |
| Parroquia de Ntra. Sra. del Rosario de Ciudadela. | 13'55 |
| Id. de San Francisco de Ciudadela | 17'40 |
| Id. de Santa Maria de Mahón | 63'00 |
| Id. de Ntra. Sra. del Cármen de Mahón. | 12'50 |
| Id. de San Francisco de Mahón | 16'00 |
| Id. de Alayor | 13'60 |
| Id. de Ferrerias | 3'90 |
| Id. de Villacárlos | 11'40 |
| Id. de San Luis | 5'20 |
| Id. de San Cristobal | 16'80 |
| Id. de San Clemente | 10'00 |
| Id. de Fornells. | 2'15 |
| Id. de San Juan *d'els Horts.* | 1'30 |
| **Mes de Julio** | |
| Parroquia de Ntra. Sra. del Rosario de Ciudadela. | 35'65 |
| Id. de San Francisco de Ciudadela | 19'05 |
| Id. de Santa Maria de Mahón | 66'90 |
| Id. de Ntra. Sra. del Cármen de Mahon. | 13'60 |
| Id. de San Francisco de Mahón | 17'30 |
| Id. de Alayor | 19'50 |
| Id. de Mercadal | 3'20 |
| **Suma y sigue.** | 919'00 |

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

| | Ptas. Cén's. |
|---|---|
| Suma anterior. . . . | 919'00 |
| Parroquia de Ferrerias . . . . . . . . . . . | 11'20 |
| Id. de Villacárlos . . . . . . . . . . . | 12'00 |
| Id. de San Luis . . . . . . . . . . . | 5'00 |
| Id. de San Cristobal . . . . . . . . . . | 16'95 |
| Id. de San Clemente . . . . . . . . . . | 10'00 |
| Id. de Fornells. . . . . . . . . . . . . | 2'35 |
| Id. de San Juan *d'els Horts*. . . . . . . . | 1'40 |
| **Mes de Agosto** | |
| Parroquia de Ntra. Sra. del Rosario de Ciudadela. . | 41'05 |
| Id. de San Francisco de Ciudadela . . . . | 19'05 |
| Id. de Santa Maria de Mahon . . . . . . | 67'70 |
| Id. de Ntra. Sra. del Cármen de Mahón. . . | 23'60 |
| Id. de San Francisco de Mahón . . . . . | 17'30 |
| Id. de Alayor . . . . . . . . . . . | 13'20 |
| Id. de Mercadal . . . . . . . . . . | 3'20 |
| Id. de Ferrerias . . . . . . . . . . | 5'40 |
| Id. de Villacárlos . . . . . . . . . . | 12'40 |
| Id. de San Luis . . . . . . . . . . | 5'10 |
| Id. de San Cristobal . . . . . . . . . | 15'80 |
| Id. de San Clemente . . . . . . . . . | 10'00 |
| Id. de Fornells. . . . . . . . . . . | 2'35 |
| Id. de San Juan *d'els Horts*. . . . . . . | 1'40 |
| **Mes de Septiembre** | |
| Donativo de D. Lorenzo Cabrisas de Ciudadela. . . | 50'00 |
| Parroquia de Ntra. Sra. del Rosario de Ciudadela. . | 34'80 |
| Id. de San Francisco de Ciudadela . . . . | 19'05 |
| Id. de Santa Maria de Mahón . . . . . . | 68'00 |
| Id. de Ntra. Sra. del Cármen de Mahón. . . | 21'55 |
| Id. de San Francisco de Mahón . . . . . | 17'30 |
| Id. de Alayor . . . . . . . . . . . | 14'00 |
| Id. de Mercadal . . . . . . . . . . | 3'20 |
| Id. de Ferrerias . . . . . . . . . . | 24'20 |
| Id. Villacárlos . . . . . . . . . . | 12'40 |
| Id. de San Luis . . . . . . . . . . | 5'10 |
| Id. de San Cristobal . . . . . . . . . | 18'05 |
| Suma y sigue. . . . | 1.503'10 |

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

| | Ptas. Céts. |
|---|---|
| Suma anterior. . . . | 1.503'10 |
| Parroquia de San Clemente. . . . . . . . . . . | 10'00 |
| Id. de Fornells. . . . . . . . . . . | 2'75 |
| Id. de San Juan *d'els Horts*. . . . . . . | 1'40 |
| Donativo de una devota persona de Villacárlos. . . | 2'00 |
| Id. de varios feligreses de Sta. María de Mahón | 11'00 |
| Id. de varios feligreses del Rosario de Ciudadela | 9'30 |
| Id. de varios feligreses de San Cristobal . . . | 13'20 |
| Id. de Alayor, por limosnas extraordinarias. . | 4'12 |
| Id. de algunos feligreses de S. Juan *d'els Horts* | 6'00 |
| Recaudado en la Secretaría de Cámara desde Mayo hasta Septiembre, ambos inclusive . . . . . . | 8'30 |
| Suma. . . . . . . . . | 1,571'17 |

La expresa la cantidad de Ptas. 1,571'17 por disposición del Excmo. Sr. Obispo hállase depositada en el «Banco de Ciudadela».

# BIBLIOGRAFÍA

## UNA GRAN BIBLIOTECA SOCIAL

Bajo la dirección del conocido escritor social Severino Aznar ha comenzado á publicarse una gran Biblioteca, Social Católica que lleva el nombre de

«CIENCIA Y ACCIÓN» «ESTUDIOS SOCIALES»

En esta Biblioteca, esmeradamente seleccionada, se publicarán las obras de más renombre que han escrito los grandes pensadores sociales del mundo y los hombres de acción social más seguros, prácticos y expertos.

Con ella se trata de contrarrestar la acción demoledora de ese diluvio de lecturas socialistas, anarquistas, racionalistas y revolucionarias que hoy pervierten las inteligencias españolas.

Se trata tambien de poner á disposición del lector católico español los elementos de cultura que las circunstancias y

crisís presentes hacen necesarios, y contribuir á dar solidez y orientación firme al movimiento social de nuestra patria.

Se recomienda á los sacerdotes y feligreses como un arsenal precioso en las luchas actuales.

Todos los libros de esta Biblioteca llevan censura eclesiástica, y están escritos por publicistas de reputación europea.

Las Bibliotecas parroquiales, las de Congregantes de San Luis, las Asociaciones católicas, los hombres de estudio y acción harían un bien adquiriendo y difundiendo estas obras, en cuyas páginas aparece esplendente una nueva y briosa apología del Catolicismo, de sus hondas preocupaciones y ternuras por la sociedad, y de sus triunfantes arrestos por la cultura y por el bien.

Entre muchisimos buenos, merecen toda recomendación los dos libros *Ketteler* por Georges Govan, y *Los Esclavos Cristianos* por Paul Allard, ambos traducidos.

## NECROLOGÍA

El dia 30 de Octubre, falleció repentinamente en Madrid el Rdo. D. Antonio Gruas, Pbro. de 44 años de edad, Beneficiado del Concordato de esta Santa Iglesia Catedral.

Era el finado natural de Tamarite de Litera, provincia de Huesca, Diócesis de Lérida. Fué nombrado Beneficiado de esta Catedral el 16 de Febrero de 1901, tomando posesión en 29 de Abril del mismo año; residia habitualmente en Madrid.

Pertenecía el finado á la Hermandad de sufragios, establecida en esta Diócesis y tenia cumplidas sus obligaciones.

R. I. P.

*Imprenta del Sagrado Corazón de Jesús.—Ciudadela.*

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte